

auxerunt super iis omnibus rebus comestibilibus exigendam, super quibus dicta duo grana exiguntur, excepto tamen pisce recente, faracchis, & baccalà, ac ulterius gabellam unius caroleni pro quolibet staro olei imposuerunt. Quod quidem augmentum novi grani pro rotulo, & gabellam unius caroleni pro quolibet staro olei in eadem Civitate Neapolitana, ejusque suburbiis, districtu, & casalibus a die 6. Januarii presentis anni 1635. accedente nostra, & Apostolica Sedis licentia, etiam a dilectis filiis Clero, & personis ecclesiasticis Civitatis, Suburbiorum, ac Districtus, & Casalium predictorum ad evitandas fraudes exigere, eisdemque Clero, & personis ecclesiasticis certam ratam restituere intendunt.

Et licentiam ad id a S. Sede expostulant.

Pontifex facultate Nuncio Apostolico concedit.

Derogaturque contrariis.

Dat. die 19. Junii 1635. An. XII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

§.2. Unde cum eisdem Communitates, & homines ad aliquam super hoc transactionem cum Clero, & personis ecclesiasticis predictis devenire necesse sit, Nobis propterea Communitas, & homines predicti humiliter supplicari fecerunt, ut super premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§.3. Nos igitur Cleri, & personarum ecclesiasticarum hujusmodi indemnitati, pro nostri pastoralis officii debito, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, ac de tuis singulari fide, prudentia, integritate, & religionis zelo plurimum in Domino confisi, tibi, ut tam super augmento novi grani pro rotulo, quam impositione gabellae unius caroleni pro quolibet staro olei, ut praefertur, factis, illorumque exactione in vim licentiae per te illis concedendae faciendae, cum eisdem Communitate, & hominibus ratione ratae per eos dictis Clero, & personis ecclesiasticis ad evitandas fraudes, ut praefertur, a dicta die 6. Januarii proxime praeteriti, & in futurum restituendae transigere, & concordare, ac quascumque scripturas desuper necessarias, & opportunas confici facere libere, & licite possis, & valeas, apostolica auctoritate, tenore praesentium, facultatem concedimus, & impertimur.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decimona Junii 1635. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CDLXXXIII.

Sequitur applicatio pecuniae, quae ex supra dicto vestigiali Clero esset restituenda, Fabricae Basilicae S. Petri de Urbe.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Precedentes literas recenset.

§.1. Hodie pro parte dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Civitatis Neapolitanae Nobis exposito, quod cum summam unius millionis scutorum per eos charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico, qui etiam Rex Neapolis existit, oblatam, nulla alia faciliore, quam infra scripta ratione congerere possent, gabellam duorum granorum pro quolibet rotulo ad aliud granum auxerant, super iis omnibus rebus comestibilibus exigent, super quibus dicta duo grana exiguntur, excepto tamen pisce recente, faracchis, & baccalà, & ulterius gabellam unius caroleni, pro qualibet mensura staro nuncupata olei imposuerant, & augmentum novi grani, pro rotulo, & gabellam unius caroleni pro quolibet staro olei in eadem Civitate Neapolitana, ejusque suburbiis, districtu, & casalibus a die 6. Januarii presentis anni 1635. accedente nostra, & Sedis Apostolicae licentia etiam a dilectis filiis Clero, & personis ecclesiasticis, Civitatis, suburbiorum, ac districtus, & casalium praefatorum ad evitandas fraudes exigere, eisdemque Clero, & personis ecclesiasticis ratam eis debitam restituere intendebant, & propterea eisdem Communitate, & homines ad aliquam super hoc transactionem cum Clero, & personis ecclesiasticis predictis devenire necesse erat, dilecto filio nostro, & Apostolica Sedis in Regno Neapolitano commoranti Nuncio per alias nostras in simili forma Brevis expeditas Literas commissimus, ut tam super augmento novi grani pro rotulo, quam impositione gabellae unius caroleni pro quolibet staro olei, ut praefertur, factis, illorumque exactione in vim licentiae a dicto Nuncio illis concedendae faciendae, cum eisdem Communitate, & hominibus ratione ratae per eos dictis Clero, & personis ecclesiasticis ad evitandas fraudes, ut praefertur, a dicta die sexta Januarii proxime praeteriti, & in futurum restituendae transigere, & concordare, ac quascumque scripturas desuper necessarias, & opportunas confici facere, libere, & licite posses, & valeret, apostolica auctoritate facultatem concessimus, & impertiti sumus, & alias, prout in praedictis aliis nostris in forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

num Civitatis Neapolitanae Nobis exposito, quod cum summam unius millionis scutorum per eos charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico, qui etiam Rex Neapolis existit, oblatam, nulla alia faciliore, quam infra scripta ratione congerere possent, gabellam duorum granorum pro quolibet rotulo ad aliud granum auxerant, super iis omnibus rebus comestibilibus exigent, super quibus dicta duo grana exiguntur, excepto tamen pisce recente, faracchis, & baccalà, & ulterius gabellam unius caroleni, pro qualibet mensura staro nuncupata olei imposuerant, & augmentum novi grani, pro rotulo, & gabellam unius caroleni pro quolibet staro olei in eadem Civitate Neapolitana, ejusque suburbiis, districtu, & casalibus a die 6. Januarii presentis anni 1635. accedente nostra, & Sedis Apostolicae licentia etiam a dilectis filiis Clero, & personis ecclesiasticis, Civitatis, suburbiorum, ac districtus, & casalium praefatorum ad evitandas fraudes exigere, eisdemque Clero, & personis ecclesiasticis ratam eis debitam restituere intendebant, & propterea eisdem Communitate, & homines ad aliquam super hoc transactionem cum Clero, & personis ecclesiasticis predictis devenire necesse erat, dilecto filio nostro, & Apostolica Sedis in Regno Neapolitano commoranti Nuncio per alias nostras in simili forma Brevis expeditas Literas commissimus, ut tam super augmento novi grani pro rotulo, quam impositione gabellae unius caroleni pro quolibet staro olei, ut praefertur, factis, illorumque exactione in vim licentiae a dicto Nuncio illis concedendae faciendae, cum eisdem Communitate, & hominibus ratione ratae per eos dictis Clero, & personis ecclesiasticis ad evitandas fraudes, ut praefertur, a dicta die sexta Januarii proxime praeteriti, & in futurum restituendae transigere, & concordare, ac quascumque scripturas desuper necessarias, & opportunas confici facere, libere, & licite posses, & valeret, apostolica auctoritate facultatem concessimus, & impertiti sumus, & alias, prout in praedictis aliis nostris in forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Nunc vero pecuniam ad Clerum inde spectantem Fabricae Basilicae S. Petri addicit.

§.2. Nos fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe jamdiu cepta extruccionem, quae multis subsidiis ob ingentes sumptus indiget, aliquando consummari cupientes, Praedecessorum nostrorum, qui ratam praedictae gabellae grani ad rotulum, quae ab eisdem Clero, & personis ecclesiasticis exigitur, & iisdem redditur, variis, Apostolicae Sedis sublevandis necessitatibus attribuerunt, vestigiis inhaerentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, omnes, & quascumque pecuniarum summas, quae ex rata augmenti gabellae duorum granorum pro rotulo ad aliud granum, ac impositione alterius gabellae unius caroleni pro quolibet staro olei ab ecclesiasticis personis secularibus, & cujusvis Ordinis quantumvis exempti regularibus in vim Literarum nostrarum hujusmodi exiguntur, & eis redduntur, seu exigunt, & reddi debent, quarum quantitatem, quantumque sit, praesentibus etiam pro sufficienter expressa haberi volumus, praefatae fabricae, tenore praesentium, applicamus, ac pecuniarum summas hujusmodi ad usum dictae fabricae exigi, & in eum converti volumus.

Idque, ut exequatur, Nuncio Apostolico committit.

Obstantia tollit.

Dat. die 19. Junii 1635. An. XII.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Decretum ab Hispaniarum Regis Militibus Trevirensium Archiep.

terius gabellae unius caroleni pro quolibet staro olei ab ecclesiasticis personis secularibus, & cujusvis Ordinis quantumvis exempti regularibus in vim Literarum nostrarum hujusmodi exiguntur, & eis redduntur, seu exigunt, & reddi debent, quarum quantitatem, quantumque sit, praesentibus etiam pro sufficienter expressa haberi volumus, praefatae fabricae, tenore praesentium, applicamus, ac pecuniarum summas hujusmodi ad usum dictae fabricae exigi, & in eum converti volumus.

§.3. Quapropter eidem Nuncio nostro per praesentes committimus, & mandamus, ut praedictas pecuniarum summas, & ratae augmenti gabellae duorum granorum pro rotulo ad aliud granum, & impositionem alterius gabellae praedictae exigat, & summas hujusmodi personis a Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus eidem fabricae Praefatis declarandis pro dictae fabricae sumptibus consignet. Nos enim illa praemissa faciendi, & quavis personae ad easdem summas illi perfolvendae, omnibus juris, & facti remediis, ac censuris, & poenis ecclesiasticis, si opus fuerit, cogendi, & compellendi, auxiliumque brachii secularis, si opus fuerit, invocandi, plenam, & liberam facultatem, eorumdem tenore praesentium, concedimus, & impertimur.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac regula nostra de jure quaesito non tollendo, necnon omnibus illis, quae in dictis Literis volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decimona Junii 1635. Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CDLXXXIV.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Nuncio Apostolico in Belgio committitur, ut detentum ab Hispaniarum Regis Militibus Archiepiscopum Trevirensium in sui custodiam recipiat.

Ven. Fratri Lelio Archiepiscopo Theban. nostro, & Apostolicae Sedis in Belgicis Ditionibus Nuncio.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ven. frater salutem, & apostolicam benedictionem.

Decretum ab Hispaniarum Regis Militibus Trevirensium Archiep.

§.1. CUM superioribus mensibus Ven. Frater Philippus Christophorus Archiepiscopus Treviren. Sacri Romani Imperii Princeps Elector, & Episcopus Spiren. ob nonnullas praetensas causas in ejus Civitate Treviren. per Milites charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici in eam irrumpentes detentus fuerit, & adhuc detineatur, Nos pro nostro pastoralis officii debito desuper opportune providere volentes, & ut

personae, pontificali dignitati, & libertati ecclesiasticae, ac justitiae, quantum cum Domino poterit, consulatur, necnon de tua prudentia, doctrina, & experientia, ac sincera in Nos, & Apostolicam Sedem fide, & devotione plurimam in Domino fiduciam habentes, sperantesque te gravissimum hoc negotium ita gesturum, ut nostrae de te opinioni respondeas, & in iis, quae res postulat, & a Nobis tibi demandata fuerint, ex animi nostri sententia, munus tuum cumulate adimpleas.

§.2. Quamobrem, ut hoc praestare possis, tibi, ut praedictus Philippus Christophorus Archiepiscopus libere tradatur, & cum effectu consignetur, curandi, eumque nostro, & Apostolicae Sedis nomine recipiendi, & detinendi, seu detineri faciendi, eundemque personae, seu personis minime suspectis, sed quibus confidere posse judicaveris, committendi, ab eis de eo tuto, & fideliter nomine praedicto tenendo, & custodiendo juramentum recipiendi, necnon eundem Philippum Christophorum Archiepiscopum de loco ad locum, prout tibi videbitur, & expedire judicaveris, transferendi, necnon omnia, & singula alia, quae in praemissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, etiam si talia essent, quae specificam, & expressam requirent mentionem, faciendi, dicendi, gerendi, & exequendi, apostolica auctoritate, tenore praesentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatem concedimus, & impertimur.

§.3. Non obstantibus quatenus opus sit, fel. rec. Bonifacii Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, ac aliis apostolicis, necnon in universalibus, provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die ultima Junii 1635. Pontificatus nostri Anno Duodecimo (a).

Apostolice in Belgio Nuncio committitur, ut S. Sede nomine accipiat.

Contraria tolluntur.

Dat. die 19. Junii 1635. An. XII.

(a) Eiusdem exempli Literae hae die datae quoque sunt ad Apostolicos Nuncios apud Imperatorem, apud Poloniae Regem, atque etiam ad Nuncium in partibus inferioris Germaniae; quod ad eorum hoc in negotio gesturum notitiam necesse erat a nobis innui. Frustra, siquidem ejusdem exempli Monumenta restitimus a Collectionis hujus sine aliquo modo divergentes, quod tandem aliquando accedere videmur.

Facult.

Ex Regest. in Secret. brev.

Facultas Nuncio Apostolico in Urbe Neapolis permittendi ut Populus cum Clero transigat super solutione cuiusdam vectigalis, ac restitutione soluta pecunia, eamque exigendi nomine Fabrica Sancti Petri.

Vide hac de re supra Constit. CDLXXXII. & CDLXXXIII.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Refert commissum a se Nuncio Apostolico ut facultatem Urbis Neap. concederet transigendi cum Clero super novo quodam vectigali;

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Civitatis Neapolitana Nobis exposito, quod cum summam unius millionis scutorum per eos charissimo in Christo filio nostro Philippo Hispaniarum Regi Catholico, qui etiam Rex Neapolis existit oblatam, nulla alia faciliore, quam infra scripta ratione congerere possent, gabellam duorum granorum pro quolibet rotulo ad aliud granum auxerant super iis omnibus rebus comestibilibus exigendam, super quibus dicta duo grana exiguntur, excepto tamen pisce recente, saracchis, & baccala, & ulterius gabellam unius caroleni pro qualibet mensura stano nuncupata olei imposuerant, & augmentum novi grani pro rotulo, & gabellam unius caroleni pro quolibet stano olei in eadem Civitate Neapolitana, ejusque suburbiis, districtu, & casalibus a die sexta Januarii presentis anni 1635. accedente nostra, & Apostolica Sedis licentia etiam a dilectis filiis Clero, & personis ecclesiasticis Civitatis, suburborum, ac districtus, & casalium predictorum ad evitandas fraudes exigere, eisdemque Clero, & personis ecclesiasticis ratam eis debitam restituere intendebant: & propterea eisdem Communitatem, & homines ad aliquam super hoc transactionem cum Clero, & personis ecclesiasticis predictis devenire necesse erat; dilecto filio nostro, & Apostolica Sedis in Regno Neapolitano commoranti Nuncio per alias nostras in simili forma Brevis expeditas Literas commisimus, ut tam super augmento novi grani pro rotulo, quam impositione gabellae unius caroleni pro quolibet stano olei, ut praefertur, factis, illorumque exactione in vim licentiae a dicto Nuncio illis concedendae faciendae cum eisdem Communitate, & hominibus ratione rate per eos dictis Clero, & personis ecclesiasticis ad evitandas fraudes, ut praefertur, a dicta die sexta Januarii proxime praeteriti, & in futurum restituendae, transigere, & concordare, ac quascumque scripturas desuper necessarias, & opportunas confici facere, libere, & licite possent, & valerent, apostolica auctoritate, facultatem concessimus, & impertiti sumus.

Aequae etiam pecunias hujusmodi, quae

§.2. Et per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas Literas, Motu pro-

prio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, omnes, & quascumque pecuniarum summas, quae ex rata augmenti gabellae duorum granorum pro rotulo ad aliud granum, ac impositione ulterius gabellae unius caroleni pro quolibet stano olei ab ecclesiasticis personis secularibus, & cuiusvis Ordinis quantumvis exempti regularibus, in vim Literarum nostrarum hujusmodi exigentur, & eis reddentur, seu exigi, & reddi deberent, quarum quantitatem, quantumque esset, pro sufficienter expressa haberi volumus, Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe applicavimus, & pecuniarum summas hujusmodi ad usum dictae Fabricae exigi, & in eum converti volumus, & alias prout in diversis nostris desuper in simili forma Brevis expeditis Literis, quarum tenores praesentibus etiam pro expressis haberi volumus, plenius continentur.

§.3. Quocirca applicationem summarum pecuniarum hujusmodi ex rata augmenti gabellae, & impositionis alterius gabellae per Nos, ut supra, factam approbantes, & confirmantes, eidem nostro, & Sedis Apostolicae in Regno Neapolis Nuncio per praesentes committimus, & mandamus, ut eisdem Communitati, & hominibus gabellas hujusmodi, ut praefertur, augendi, & respective imponendi, sicque auctam, & impostam a quibusvis personis ecclesiasticis secularibus, & regularibus quantumvis exemptis exigendi, & habendi licentiam concedat.

§.4. Insuper eidem Nuncio nostro per praesentes committimus, & mandamus, ut praedictas pecuniarum summas per Nos eidem Fabricae, ut praefertur, applicatas, ex rata augmenti dictae gabellae, & impositione alterius gabellae hujusmodi, integre exigat, & summas hujusmodi personis a Venerabilibus Fratribus nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus eidem Fabricae Praefectis declarandis, pro dictae Fabricae sumptibus consignet.

§.5. Nos enim praemissa faciendi, & quavis personas ad easdem summas eisdem persolvendas omnibus juris, & facti remediis, ac censuris, & poenis ecclesiasticis, si opus fuerit, cogendi, & compellendi, auxiliumque brachii secularis, si etiam opus fuerit, invocandi, plenam, & liberam facultatem, auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & impertimur.

§.6. Non obstantibus praemissis, ac regula nostra de jure quaesito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12 Julii 1635. Pontificatus nostri Anno XII.

eidem Clero reddenda erant, Fabricae Basil. S. Petri fuisse additas

Renovat Nuncio predictam facultatem transigendi;

Pecuniasque pro Fabrica exigendi.

Opportunaque ad id concedit facultates.

Derogat contrariis.

Dat. die 12. Julii 1635. An. XII.

Avoc.

Ex Regest. in Secret. brev.

Avocatio cuiusdam Cause vertentis inter Promotorem Fiscalem Curiae Archiepiscopalis Rothomagensis, & Regulares ejusdem Civitatis super Jurisdictione Archiepiscopi, seu exemptione Regularium.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Refert Literas quibus Cause hujus cognitionem nonnullis Episcopis commiserat.

§.1. Nuper a Nobis emanarunt Literae tenoris subsequentes, videlicet: Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Senonen., ac Lexovien., & Antistodoren. Episcopis, sive dilectis filiis eorum Officialibus, & eorum cuilibet. Urbanus Papa Octavus. Venerabiles Fratres, sive dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem. Exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Regularium Civitatis Rothomagen. petitio continebat, quod alias pro parte dilecti filii Promotoris Fiscalis Curiae Archiepiscopalis Rothomagen. Nobis humiliter supplicato; quatenus causam, & causas appellationis, & appellationum predictorum Regularium exemptionem ab ordinaria jurisdictione praetendentium, interpositae, & interpositarum, & non commisit, quia lapsi erant sex menses a sententia, & decretis Venerabilis Fratris Archiepiscopi Rothomagen. ad favorem, & instantiam dicti Promotoris Fiscalis pro interesse Mensae Archiepiscopalis Rothomagen., & contra dictos Regulares adversarios condemnatos in diversis poenis latis in sententia latis desuper contentis, ad effectum, ut praedictus Archiepiscopus executioni mandaret Jubilaeum a Nobis de Anno Domini 1634. pro Christianissimilibus impertitum latis, seu factis, ac nullitatis, & nullitatum ex causa iniquitatis, & injustitiae, ac quam, & quas dictus Promotor Fiscalis contra Regulares praedictos, omnesque alios sua interesse putantes habebat, & movebat, habereque, & movere volebat, & intendebat, audien., & deciden., committere, aliasque ei in praemissis de opportuno juris remedio subvenire paterna sollicitudine curaremus; Nos ejusdem Promotoris Fiscalis precibus tunc annuentes vobis per alias nostras subdat. videlicet nona Maii Pontificatus nostri Anno XII. in simili forma Brevis desuper expeditas Literas dedimus in mandatis, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, vocatis ad id, qui fuerint evocandi, causam, & causas praedictas, cum omnibus, & singulis suis incidentiis, dependentiis, annexis, & connexis, totoque negotio principali, etiam summarie, prout in dictis Literis plenius continetur. Cum autem, sicut dicta petitio subungebat, taceret dictus Promotor Fiscalis, quod Re-

Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

gulares praedicti causam appellationis a decretis, seu sententia dicti Archiepiscopi Rothomagen., sive dilecti filii ejus Officialis contra eos latis super praetentis eorumdem Regularium privilegiis, & exemptione jam ante obtentas per dictum Promotorem Fiscalem Literas praedictas coram Nobis introduxerant; quodque mandaveramus, examinari eorum jura ad effectum desuper deinde providendi, quod quidem si expressisset, utique dictas Literas vobis committi non obtinisset; Ideo Nobis humiliter supplicari fecerunt Regulares praedicti, ut eis in praemissis etiam opportune providere, de simili benignitate, dignemur. Nos igitur eosdem Regulares, & eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus dictorum regularium etiam inclinati, eidem Fraternitati vestrae, Fratres Archiepiscopo, & Episcopi, seu discretioni vestrae, filii Officialis per praesentes committimus, & mandamus, quatenus is vestrum, qui hujusmodi causae cognitionem assumpserit, vocatis ad id, qui fuerint vocandi, suam moderetur inhibitionem; perinde, ac si dicta Literae non emanassent. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Augusti 1635. Pontificatus nostri Anno XII.

§.2. Nos paci, & quieti inter partes praedictas pro pastoralis officii nostri debito, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestatis plenitudine, litem, sive causas in praesentis Literis expressas, quarum statum, & merita, aliaque etiam de necessitate exprimenda, praesentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, ad Nos harum serie avocamus; eisdemque Archiepiscopo Senonen., ac Lexovien., & Antistodoren. Episcopis, sive dilectis filiis eorum Officialibus, & eorum cuilibet sub interdicti ingressus Ecclesiae, ac excommunicationis, aliisque arbitrio nostro infligendis poenis, per contrafacientes ipso facto incurrendis inhibemus, ne in causa, & causis ad Nos, ut praefertur, avocatis ulterius procedere, seu alias se in eis ingerere audeant, vel praesumant.

§.3. Decernentes nihilominus irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari: sublata praedictis, & quibusvis aliis iudicibus, etiam ab hac Sancta Sede delegatis quavis aliter iudicandi,

Nunc eandem causam ad se avocet.

Clausula;

E

candi, & interpretandi facultate, & auctoritate. Non obstantibus præmissis, ac omnibus illis, quæ in Literis præfatis volumus, non obitare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decimaquarta Augusti 1635. Pontificatus nostri Anno XIII.

CDLXXXVII.

Ex Regest. in Secret. Brev. Clero Leodiensi permittitur, ut Ferdinando Archiepiscopo Colonien. S. R. I. Electori aliquod subsidium conferre possit.

Dilectis filiis Decanis, & Capitulis majoris, & Collegiarum Ecclesiarum, ac universi Clero, necnon Regularibus cujuscumque Ordinis utriusque sexus Civitatis, & Diocesis Leodien.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecti filii salutem, & apostolicam benedictionem.

Exordium ex ipsa re declaratum.

IN quantis eorum angustiis, atque difficultatibus ob concitatos dudum a fidei catholica hostibus in Germania bellorum motus, versetur Ven. Frater Ferdinandus Archiepiscopus Colonien. Sacri Romani Imperii Princeps Elector, & Præsul vester, quamquam ingentes pro sibi credito Ecclesiarum regimine, & earum bonis, ac subditis tuendis sumptus fecerit, ideoque præcipua facultatum sibi a Deo concessarum parte sit exutus, reliqua ad sumptus necessarios, sicut accepimus, minime sufficiente, quemadmodum vobis apud prime notum esse existimamus; sic etiam non dubitamus fore, ut vos singulari tantipræsulis zelo non respondeatis, ac urgentibus illius indigentis gratioso non subveniatis, præclaramque de illo benemerendi occasionem prompte non accipiat.

Clerum PP. hortatur, ut aliquod subsidium Ferdinando Archiepiscopo præstet.

§.1. Quapropter cum ipse Ferdinandus Archiepiscopus ad sublevandas ex parte præsentium temporum calamitates, aliquo subventionis auxilio summo opere indigeat, Nos pro ea sollicitudine, quam universali Ecclesie debemus, officii nostri partes prætermittere nolentes, vos qui in fortem Domini, cujus causa agitur, vocati estis, paterne in Domino attente hortamur, ut aliquod subsidium erga Præsulem, & Principem vestrum observantia, & pietate, quam acrioribus stimulis non indigere Nobis persuademus, vestris denique personis dignum, & temporis opportunum eidem Ferdinando Archiepiscopo, & Principi vestro hac vice concedatis. Non frustrabitur, ut speramus, opinio nostra, ut in diebus peregrinationis vestrae, & in æterna beatorum retributione inter hilares datores, quos diligit Dominus, merito connumeremini, & apostolicam benedictionem vobis iterum impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima octava Augusti 1635. Pontificatus nostri Anno XIII.

Dat. die 18. Augusti. 1635. An. XIII.

CDLXXXVIII.

Prohibetur Fratibus Carmelitanis Discalceatis in Monte Carmelo sub poena excommunicationis late sententia, ne id quod a Christianis fidelibus pro conservanda possessione d. Montis donatum fuerit, in alios usus convertant.

Ex Regest. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Alias a Nobis emanarunt Literæ tenoris subsequeutis, videlicet: Urbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Circumspecta Sedis Apostolicæ providentia Religiosorum, quibus oblitum populum suum, & domum Patris sui, divini numinis obsequiis se manciparunt, votis catholice fidei propagationem, & divini cultus augmentum concernentibus libenter annuit, eaque favoribus profequitur opportunis. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Præpositus Generalis, & Fratres Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo Discalceati nuncupati, quod dicti Fratres in legitima possessione Montis Carmeli prædicti existunt. Cum autem, sicut eadem expositio subijungebat, Præpositus Generalis, & Fratres prædicti possessionem hujusmodi suæ Religioni, ita ut sine speciali nostra, seu hujus Sanctæ Sedis licentia nulli alterius Religionis Religioso in eodem Monte habitare, vel locum habere liceat, apostolica auctoritate confirmari summo opere desiderent, Nobis propterea iidem Præpositus Generalis, & Fratres humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictos Præpositum Generalem, & Fratres specialibus favoribus, & gratis profequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Propagandæ in universum mundum fidei catholice prepositorum consilio, possessionem prædictam eidem Præposito, & Fratribus, apostolica auctoritate, tenore presentium, ita quod nulli Religioso cujuscumque alterius Religionis, aut Congregationis, seu Instituti liceat in dictum Montem se recipere, ibique habitare, vel locum habere sine speciali Sedis prædictæ licen-

Referentia ad litteras a se editas quibus Montem Carmeli solis Carmelitis ad judicaverat.

CDLXXXIX.

Committitur Auditori Camerae, ut contra non parentes Constitutioni, & Decreto Consistoriali super residentia in Ecclesiis, & Beneficiis Ecclesiasticis ad omnium censurarum, & poenarum in illis contentarum declarationem, & executionem procedat.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Vide Constitutionem ab Urbano hac super re editam superius.

Dilecto filio Causarum Curia Camera Apostolica Generali Auditori nunc, & pro tempore existenti.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecte filii salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. CUM residentia a Sacris Canonibus, & Concilio Tridentini decretis ordinata præcipue in Ecclesiis Cathedralibus, & majoribus in prejudicium servitii earundem Ecclesiarum, ac curarum animarum præfectis eisdem Ecclesiis commissarum negligenter, Nos pro nostri pastoralis officii debito, & Romano Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, Constitutionem, & Decretum Consistoriale sub die 12. & 18. Decembris 1634. respective super eadem residentia facienda sub interdicti ingressus Ecclesie, amissionisque tam fructuum suarum Ecclesiarum pro tempore, quo absentia duraverit, quam facultatum testandi, & disponendi de bonis suis a Sede Apostolica sibi aliis concessarum, ac excommunicationis eo ipso incurrendis, necnon privationis a regimine, & administratione suarum Ecclesiarum prædictarum, aliisque poenis nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis, edidimus, in qua Constitutione cognitionem, & executionem præmissorum contra inobedientes tibi commissimus sub certis modo, & forma, prout in Constitutione, & Decreto hujusmodi, quorum tenores presentibus pro expressis, & insertis haberi volumus, plenius continetur.

Decretum super eadem re aliis emanatum.

§.2. Quoniam vero, sicut accepimus, nonnulli ex Præfectis Ecclesiis hujusmodi, postposito Dei timore, in diversis Civitatibus, & locis extra loca debite ab eis residentia moram trahant, alii vero post plures annos a die eorum provisionis, & perfectionis eisdem Ecclesiis decursos, hæcenus ad residendum apud Ecclesias suas prædictas se conferre de facto distulerunt, & differunt, & ab eisdem Ecclesiis suis contumaciter absque nostra, & hujus Sanctæ Sedis licentia absunt, parum vero foret, Constitutiones Apostolicas edi, & publicari, nisi executioni demandarentur;

Contrafacientibus tamen huic Decreto Archiepiscopis, Episcopis &c.

§.3. Idcirco motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, Facultatem Auditori Camerae, ut contra non parentes Constitutioni, & Decreto Consistoriali super residentia in Ecclesiis, & Beneficiis Ecclesiasticis ad omnium censurarum, & poenarum in illis contentarum declarationem, & executionem procedat.

licentia, apostolica auctoritate, tenore presentium confirmamus. Decernentes presentes Literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, prædictæque Religioni plenissime suffragari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 3. Decembris 1635. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

Prohibetio qua in Rubr.

§.2. Nunc autem conservacioni possessionis hujusmodi, ac observantia regularis in eundem Montem introducta mantentioni, quantum cum Domino possumus consulere, Præpositoque Generale, & Fratres prædictos amplioribus favoribus, & gratis profequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de eorumdem Cardinalium consilio, Præposito, & Fratribus Discalceatis dicti Ordinis Congregationis S. Helie nunc, & pro tempore existentibus in virtute sanctæ obedientia precipimus, & mandamus, ut ea, quæ Christiani debent, ad effectum præmissorum pro tempore donaverint, & erogaverint, in prædictos, & non in alios usus convertant.

Fulminatio censurarum in contrafacientes.

§.3. Quod si secus fecerint, excommunicationis majoris late sententia poenam, a qua non ab alio, quam a Romano Pontifice præterquam in mortis articulo absolvi possint, incurrant eo ipso. Et nihilominus teneantur, quæ consumperint, ad prædictum opus restituere, & ex bonis aliorum Conventuum reintegrare. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides exhibenda transumptis.

§.4. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus persone in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Dat. die 22. Augusti. 1635. An. XIII.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima secunda Augusti 1635. Pontificatus nostri Anno XIII.

1635.
more ad illius
exequutione
procedendi
concedit.

aris, deque apostolica potestatis plenitudine, tibi per presentes committimus, & mandamus; quatenus contra omnes, & singulos Episcopos, Archiepiscopos, & alios quoscumque Ecclesiis Cathedralibus, Archiepiscopalibus, Metropolitanis, & Primatialibus, ac etiam Majoribus praefatos quacumque dignitate praeditos, etiam S. R. E. Cardinales, cujuscumque qualitatis, status, gradus, & conditionis, etiam speciali nota, & expressione dignos apud suas Ecclesias quacumque de causa, ratione, vel praetextu nunc, & pro tempore non residentes, seu ad residendum in eis non se conferentes, vel alias extra residentiam suam quomodolibet moram contra, aut praeter ejusdem Constitutionis, & Decreti Consistorialis tenorem trahentes tam in Urbe, quam alibi, & ubique locorum quoadcumque commorantes, ad omnium, & singularum censurarum, & poenarum in eisdem Constitutione, & Decreto expressarum declarationem, & executionem, auctoritate nostra, excepta tamen poena depositionis, seu privationis Ecclesiarum praedictarum (quam poenam, & quascumque alias in eadem Const. nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio reservatas, etiam privationis cujuscumque vocis activae, & passivae, si quas Nos duxerimus, vel ille duxerit infligendas, Nobis, & illi reservamus) procedas juxta formam in eadem Constitutione praescriptam, & quoad illos, qui nunc sunt, & pro tempore erunt a residentia suarum Ecclesiarum absentes, & extra Romanam Curiam degentes etiam per edictum publicum confito tibi summarie de non tuto accessu. Nos enim tibi nedum praemissa omnia, & singula, verum etiam quaecumque alia desuper quomodolibet necessaria, & opportuna, etiam si specialem, & expressam, ac individuum requirerent mentionem, faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi, ut praemittitur, plenam, liberam, & amplam facultatem, eadem auctoritate, tenore praesentium concedimus, & impertimur.

Poenas autem
institas ipsi-
mer Auditori
& Rom. Pon-
tifici reserva-
tas declarat.

Obstantia
tollit.

Dat. die 15.
Septem. 1635.
An. XIII.

§.5. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam felices recordationis Bonifacii Papae Octavi Praedecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, necnon omnibus aliis, quae in praedictis Constitutione, & Decreto Consistoriali volumus non obitare, ceterisque contrariis quibuscumque.
Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decima quinta Septembris 1635. Pontificatus nostri Anno XIII.

Confirmatio Laudi in Causis inter Episcopum Burgi Sancti Sepulchri, & Abbatem Monasterii S. Mariae in Balneo Congregationis Camaldulen. vertentibus super pretenso per Episcopum subjectione Castris S. Mariae in Balneo, exercitio Jurisdictionis, necnon jure conferendi Ecclesias in illius Territorio existentes.

Ex Regell. in
Secret. Broo.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. **N**uper pro parte Ven. Fratris Zenobii Episcopi Civitatis Burgi Sancti Sepulchri, necnon Abbatis Monasterii S. Mariae in Balneo Congregationis Camaldulen. Nobis expositum fuit, quod a dilectis filiis nostris Julio S. Susanna Sachetto, & Jo: Baptista S. Eusebii Titulorum Presbyteris Cardinalibus Pamphilio respectively nuncupatis, arbitris communiter electis in causa, & causis, seu controversiis inter ipsas partes vertentibus de, & super diversis differentiis occasione pretenso subjectionis Castris S. Mariae in Balneo cum suis annexis eidem Episcopo, ac pretenso exercitio jurisdictionis in dicto Territorio, necnon super pretenso jure conferendi Ecclesias in eodem Territorio existentes inter eos in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini interpretum, seu in quovis alio Tribunali indecisis pendentibus emanavit Laudum tenoris sequentis, videlicet.

Causa Status.

Laudum.

§.2. Christi nomine invocato. Nos Julius Sachettus, & Joannes Baptista Pamphilius S. R. E. Cardinales Arbitri, Arbitratores, & amicales compositores electi pro parte Reverendissimi Fratris Zenobii Medices Episcopi Civitatis Burgi S. Sepulchri ex una, & Abbatis Monasterii S. Mariae in Balneo Congreg. Camaldulen. ex altera partibus de, & super diversis differentiis occasione pretenso subjectionis Castris S. Mariae in Balneo cum suis annexis eidem Episcopo, ac pretenso exercitio Jurisdictionis in dicto Territorio, necnon super pretenso jure conferendi Ecclesias in eodem Territorio existentes inter eos in Sacra Congregatione Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, seu in quovis alio Tribunali indecisis pendentibus, rebusque aliis &c. visis juribus, & scripturis, ac informationibus ambarum partium, dictisque partibus sepius oretenus auditis, ac etiam consideratis considerandis per hanc nostram sententiam, Laudum, seu arbitramentum, aut amicabilem compositionem, quam, & quod in his scriptis ferimus in causa, & causis, seu controversiis, & controversiis supradictis, dicimus, laudamus, & amabiliter componentes pronunciamus, & declaramus, prout infra videlicet. Primo: Quod deinceps perpetuis futuris temporibus

poribus Castrum S. Mariae in Balneo cum Monasterio inibi existente una cum Castro S. Petri, totoque ejus Territorio, & omnibus illi annexis sit, & esse censetur in. Dioecesi Burgi Sancti Sepulchri, & consequenter Episcopus dictae Civitatis, uti proprius Ordinarius, possit dictum Territorium visitare, sacros ordines conferre, Ecclesias consecrare, illasque, & illarum Coemeteria reconciliare, Chrisma, Oleum Sanctum, & Cathecumenorum tradere, literasque dimissorias clericis secularibus ejusdem Territorii ad ordines promovendis concedere, absque tamen prejudicio Abbatis quoad ejus familiam regularem, necnon confessorios approbare, & omnia alia munia pontificalia facere, quae Episcopi in eorum propriis Dioecesibus soliti sunt exercere. Secundo: Quod Abbas supradictus, vel per se, vel per alium, nec non alii Clerici dicti Territorii teneantur accedere ad Synodum Dioecesanam Civitatis, quotiescumque ab Episcopo vocati fuerint, nisi legitimo impedimento detineantur, & quod in prima Synodo celebranda, & successive perpetuis futuris temporibus inter alios Examinatores Synodales debeat semper eligi unus de dicto Territorio Balnei, dummodo in toto dicto Territorio adsit aliquis idoneus. Tertio: Quod omnimoda collatio Ecclesiarum, & Beneficiorum tam cum cura, quam sine cura in dicto Territorio existentium, cessantibus reservationibus, & affectionibus apostolicis, spectet, & pertineat ad Abbates pro tempore existentes Monasterii S. Mariae in Balneo uti inferiores collatores, hac tamen conditione, & declaratione, quod vacantibus Ecclesiis Parochialibus, quae solita sunt conferri in titulum per Abbates, conferantur previo concursu ad prescriptum Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionum Apostolicarum, coram Domino Episcopo Burgi Sancti Sepulchri, seu ejus Vicario generali faciendo; & illo peracto, Dominus Episcopus, vel ejus Vicarius generalis, ac etiam Cancellarius pro tempore existentes teneantur, & obligati sint tradere, & consignare literas testimoniales de magis idoneo, & aliis approbatis, & aliis etiam interesse habentibus, soluta tamen mercede Cancellario; vacantibus autem Vicariis perpetuis, qui absque concursu provideri possunt, neque haecenus super illis factus fuit concursus, Abbas, ut supra per se solus absque alio consensu provideri possit dictis Ecclesiis de idoneo Vicario perpetuo a se, vel ejus Vicario examinando. Insuper laudamus, & definimus, quod Rectores, seu Vicarii perpetui Ecclesiarum dicti Territorii teneantur, & obligati sint solvere Abbati pro tempore existentis Monasterii S. Mariae in Balneo solitum Cathedralicum, seu annuum recognitionem, prout haecenus consueverunt, nec Episcopus dictae Civitatis pro tempore possit dictos Rectores, & Vicarios pro aliqua alia solutione, hac de causa ullo unquam tempore molestare, nec Abbates in

dicta exactione Cathedralici, seu annue recognitionis impedire. Quarto: Quod deinceps futuris temporibus jurisdictione, & potestas in audiendis, cognoscendis, judicandis, & exequendis causis criminalibus, & mixtis inter personas ejusdem Territorii spectet, & pertineat cumulative ad dictos Episcopum Burgi Sancti Sepulchri, & Abbatem pro tempore praedicti Monasterii, itaut sit locus preventionis; In civitatibus autem jurisdictione praedicta spectet, & pertineat ad eundem Dominum Abbatem private quoad dictum Dominum. Episcopum in causis non exceden. libras 200. monetae Florentinae; In causis autem civilibus praefatam summam libr. 200. similibus exceden. jurisdictione praedicta ad Abbatem cumulative, itaut in procedendo, & eas cognoscendo locus sit preventionis, hac tamen declaratione, quod tam in dictis causis criminalibus, & mixtis, quam in civilibus summam praedictam exceden. non possit Episcopus, nec per se, nec per alium procedere, & dictas causas cognoscere nisi in suo proprio Tribunali Civitatis Burgi Sancti Sepulchri, & non alibi. Quatenus autem dictus Episcopus in Territorio dictae Abbatiae, vel occasione visitationis, vel alia de causa praesens existat, tunc idem Episcopus possit per se ipsum causas omnes tam civiles, quam criminales, & mixtas cujuscumque generis, & summae cognoscere, dummodo tamen causa potuerint expediri, & expediantur, adeo quod illis non expeditis earum cognitio, & terminatio ipso jure ad Abbatem praedictum in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, devoluta censetur. Quinto: Quod Abbates pro tempore existentes S. Mariae in Balneo deinceps teneantur, & obligati sint solvere Episcopis dictae Civitatis pro tempore existentibus, vel illorum Vicariis, aut alteri ab eis deputato duas libras cereae albae annis singulis in Kalend. Septembris juxta formam infra scriptae concordiae alias initae de anno 1581. Volumus etiam, quod de, & super praesenti Laudo, seu declaratione debeat obtineri a Sanctissimo Domino Nostro confirmatio apostolica per Breve expensis communibus utriusque partis. In reliquis autem controversiis, de quibus supra non esset facta specialis mentio, volumus, quod deinceps servetur in omnibus, & per omnia transactio, & concordia alias de anno 1581. inita inter Nicolaum Tornaborum tunc Episcopum Civitatis praedictae ex una, & D. Deodatum, Abbatem dicti Monasterii ex altera. Et ita dicimus, arbitramur, laudamus, & declaramus, non solum praedicto, sed etiam omni alio meliori modo &c. Ita pronunciamus Nos Arbitri, & Arbitratores Julius Cardinalis Sachettus: Joannes Baptista Cardinalis Pamphilius. Ego Angelus Pius utriusque Signaturae Referendarius, & majoris Praesidentiae Abbreviator nomine Reverendissimi Domini Episcopi Burgi Sancti Sepulchri approbo, emologo, & accepto in omnibus, & per omnia supra dictum

dictum Laudum. Ego Don Tadeus de Pifauro Abbas, & Procurator Generalis Camaldulensis nomine Abbatis S. Mariae in Balneo, & totius Ordinis Camaldulensis approbo, emologo, & accepto in omnibus, & per omnia Laudum supra scriptum. Ego Joseph de Benedictis Procurator Congregationis Camaldulensis approbo, emologo, & accepto in omnibus, & per omnia Laudum supra scriptum.

Peritur Laudi hujusmodi confirmatio.

§.3. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, tam Zenobius Episcopus, sub die 25. Maii, & Abbas Monasterii Sanctae Mariae in Balneo predicti, dictique Monasterii S. Mariae in Balneo Monachi sub die 30. ejusdem mensis Maii, quam Gregorius de Pifauro Abbas Abbatiae Sanctorum Hyppoliti, & Laurentii Faventini, ac Abbas Generalis totius Congregationis Camaldulen. sub die 15. Junii, necnon Maurus de Abbatia Policinii, & Odoardus de Burgo in Brixia dilecti filii Abbates, & Visitatores ejusdem Congregationis sub die 22. ejusdem mensis Junii presentis anni 1635. Laudum predictum, omniaque, & singula in eo contenta approbaverint, ratificaverint, & emologaverint, & propterea Zenobius Episcopus, & Abbas praefati S. Mariae de Balneo Laudum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia apostolicae nostrae confirmationis robore communitari summpere desiderant.

Confirmatur.

§.4. Nos Exponentes praefatos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Laudum praesentium per dictos Cardinales super dictis differentis, ut praefertur, latum, ac omnia, & singula in eo contenta, apostolica auctoritate, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula.

§.5. Decernentes illud, necnon praesentes literas valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, dictisque Exponentibus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & defini debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decimaseptima Septembris 1635. Pontificatus nostri Anno XIII.

Dat. die 17. Septem. 1735. An. XIII.

CDXC I.

Confirmatio Statuti Collegii S. Crucis Vallisoletan., quo cavetur, ne ullus Collegialis ibi ultra novem annos, & duos menses permaneat.

Ex Regest. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Nuper pro parte dilectorum filiorum Rectoris, & Collegialium Collegii S. Crucis Vallisoletan. Nobis expositum fuit, quod quadam dicti Collegii Constitutione, seu Statuto inter alia caveatur expresse, ut nullus Collegialis per longius, quam novem annorum, & duorum mensium tempus, computato tempore, quo quis Collegialis hujusmodi durantis dictis novem annis, & duobus mensibus aberit, in dicto Collegio permanere possit, pro cujus Statuti firmiori subsistentia illud a Nobis, apostolica confirmationis robore communitari, & desuper, ut infra, opportune providere summpere desiderant.

Expositio Rectoris, & Collegialium.

§.2. Nos Rectorem, & Collegiales hujusmodi specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium, dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Constitutionem, sive Statutum hujusmodi, apostolica auctoritate, tenore praesentium, confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Confirmatio, de qua in rubrica.

§.3. Decernentes, quod nullus Collegialis hujusmodi sub pretextu, quod Rectoris, aut aliud dicti Collegii officium, exerceat, in eo ultra dictos novem annos, & duos menses praedictos permanere, ac qui octo annos, & duos menses inibi permanerit, ad Rectoris, aut aliud dicti Collegii officium nullatenus eligi valeat; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Collegii

Derogatio contrariorum

legii, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. dies 6. Septem. 1635. An. XIII.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima sexta Septembris 1635. Pontificatus nostri Anno XIII.

CDXC II.

Quod Ecclesiae Regni Hungariae Missali, & Breviario juxta Ritus Romanae Ecclesiae uti debeant.

Ex Regest. in Secret. Brev.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Card. Palmani exposito.

§.1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius noster Petrus tituli S. Hieronymi Illiricorum Presbyter Cardinalis Palmanus Ecclesiae Strigonien. ex concessione, & dispensatione apostolica Praesul, quod licet iteratis Synodis, & cum assensu nedum suffraganeorum suorum, verum, etiam Ven. Fratris Archiepiscopi Colocensis, ejusque pariter suffraganeorum in omnibus Ecclesiis ad coronam Regni Hungariae spectantibus, Ritus Ecclesiae Romanae introduxerit, nihilominus Capitulum Ecclesiae Zagrabien. dumtaxat post lapsum quatuordecim mensium ab ultima Synodo Hungarica in una Synodo anno proximo, praeterito congregata, assensui universali se opposuit, oppugnando, & renuendo Ritum praedictum, ac protestando de habendo ad hanc Sanctam Sedem recursum: Quapropter cum Missale, & Breviarium Ecclesiae Zagrabien. opera dilecti filii nostri Francisci Sancti Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati S.R.E. Vice-Cancellarii nostri secundum carnem ex fratre germano nepotis ad Romanam Curiam transportata, & a Ven. Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus contra hereticam pravitatem Inquisitoribus generalibus recognita, eaque variis defectibus obnoxia reperta fuerint, & Ven. Frater Episcopus Zagrabien. literis ejus ad Ven. etiam Fratrem Episcopum Bosniensem ejus Coadjutorem datis pro introductione dicti Ritus Ecclesiae Romanae instet, Nobis propterea dictus Petrus Cardinalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Pont. mandat. ut Ecclesiae Regni Hungariae Missali, & Breviario juxta Ritus Ecclesiae Rom. uti debeant.

§.2. Nos igitur dicti Petri Cardinalis votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; quod Ecclesiae Regni Hungariae praedictae, illarumque Praesules, Canonici, & alia quavis persona ecclesiastica illarum servitibus adscripta Missali, & Breviario juxta Ritus Ecclesiae Romanae uti omnino debeant, & teneantur, apostolica auctoritate, tenore

praesentium statuimus, & ordinamus.

§.3. Synodumque Dioecesanam Zagrabien., ut praefertur, celebratam, auctoritate, & tenore praedictis cassamus, irritamus, & annullamus, ac pro cassata, irrita, & annullata haberi volumus, & mandamus.

Zagrabiensem Synodum irritat.

§.4. Decernentes irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dictarum Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Obstantium derogatio.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima octava Septembris 1635. Pontificatus nostri Anno XIII.

Dat. die 28. Septem. 1635. An. XIII.

CDXC III.

Quod Procurator Generalis Ordinum Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium possit suppressere parvos Conventus, in quibus non potest sustentari numerus sufficiens Fratrum pro regulari observantia.

Dilecto filio Ministro Generali Ord. Min. Conventual. S. Francisci.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Dilecto filii salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Cum, sicut dilectus filius Fr. Blasius a Cherso Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, quod in eodem Ordine nonnulli parvi Conventus reperiantur, ac in eis Fratrum numerus observantiae regulari sufficiens nequaquam, manuteneri possit, & propterea illos suppressi, eorumque res, & bona, necnon onera eis incumbantia in majores ipsius Ordinis Conventus transferri posse plurimum desideret: Nobis idcirco humiliter supplicari fecit, ut sibi de infra scripta facultate providere de benignitate apostolica dignaremur.

Causa hujus Conclit.

§.2. Nos prospero ejusdem Ordinis, illiusque Domorum statui, regularisque disciplinae incremento consultum esse cupientes, supplicationibus ejusdem Blasii Procuratoris nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi parvos Conventus praedictos, illorumque statum, & essentiam regularem in eis, auctoritate nostra apostolica perpetuo suppressendi, & extinguendi, eorumque res, & bona, ac onera quaecumque eis incumbantia in majores ejusdem Ordinis Conventus, etiam perpetuo transferendi facultatem, apostolica

Concessio facultatis prout in Rubr.